

- quidem ex his velut homini, qui praeter Dei Verbum specialiter intelligatur, aptauerit illas autem tanquam dignas Deo soli Dei Patris Verbo deputauerit,
5. anathema sit. Si quis audeat dicere, hominem Christum theophoron, id est deiferum ac non potius Deum esse veraciter, [86v:] dixerit tanquam Filium per naturam, secundum quod Verbum caro factum est et communicauit simili- 5
 6. liter vt nos carni et sanguini, anathema sit. Si quis dicit Deum esse vel dominum Christum, Dei Patris Verbum et non magis eundem ipsum confitetur Deum simul et hominem propterea, quod Verbum caro factum est secundum
 7. scripturas, anathema sit. Si quis velut hominem Iesum operante Deo Verbo dicit adiutum et vnigeniti gloriam tanquam alteri praeter ipsum existenti tri- 10
 8. buit, anathema sit. Si quis audet dicere assumptum hominem coadorandum Deo Verbo et conglorificandum et connuncupandum Deum tanquam alterum cum altero – nam ‚con‘ syllaba superadiecta haec cogit intelligi – ac non potius vna supplicatione veneratur Emanuel vnamque ei glorificationem dependen- 15
 - 9.^w dit, iuxta quod Verbum caro factum est, anathema sit. Si quis vnum dominum Iesum Christum glorificatum dicit a Spiritu sancto tanquam, qui aliena virtute per eum vsus fuerit et ab eo acceperit efficaciam contra immundos Spiritus posse et coram hominibus diuina signa perficere ac non potius proprium fatetur eius Spiritum, per quem diuina signa expleuit, anathema sit. 20
 - Pontificem et apostolum confessionis nostrae factum esse Christum diuina scriptura commemorat. Obtulit enim semetipsum pro nobis in odorem suauitatis Deo et Patri. Si quis ergo pontificem et apostolum nostrum dicit factum non ipsum Dei Verbum, quando caro factum est et homo iuxta nos homines, sed velut alterum praeter ipsum specialiter hominem ex muliere aut qui dicit, 25
 - quod pro se obtulisset semetipsum oblationem et non potius pro nobis solis, 25
 11. – non enim eguit oblatione, qui peccatum omnino nesciuit – anathema sit. Si quis non confitetur carnem domini viuificatricem esse et propriam ipsius Verbi Dei Patris sed velut alterius praeter ipsum coniuncti eidem per dignitatem aut quasi [87r:] diuinam habentis habitationem ac non potius viuificatricem esse, quia facta est propria Verbi cuncta viuificare valentis, anathema 30
 12. sit. Si quis non confitetur Dei Verbum passum carne et crucifixum carne et mortem carne gustasse factumque primogenitum ex mortuis, secundum quod vita est et viuificator vt Deus, anathema sit.⁴⁰⁹ Weitere erklerung dieser Schlüsse, so man Anathematismos nennet, hat Cyrillus selbst in seinem Apo- 35
 - logetico oder Verantworte notdürfftig ausgefüret, dadurch auch die orientales episcopi, welche vber Nestorij handel mit Cyrillo in vneinigkeit geraten waren, mit jm widerumb versünet vnd also aller zwiespalt vnd missuerstand gantzlich auffgehoben worden ist.⁴¹⁰

^w Nicht in C. Ergänzt nach D.

⁴⁰⁹ Cyrill von Alexandrien, Epistula synodica ad Nestorium, in: PG 77, 120f (DH 253–263).

⁴¹⁰ Vgl. Cyrill von Alexandrien, Apologeticus contra orientales, in: PG 76, 316–385 (ACO 1, 5, 1, 116–142).